Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars III.
Wien, 1794 Seite 2927
Quelle:
Copyright:

ſuper Populum. Benedictio in Palmis non habetur in *Murat.* neque in Noſtro *Confectio Chriſmatis. Feria VI. majore* Orationibus in *Murat. col.* 57. Noſter praemittit *Orationem*, *Lectionem*, *Graduale*, *Orationem*, *Lectionem* et *Paſſionem.* Miſſam *in Sabbato Sancto* praecedunt in Noſtro *Benedictio Ignis*, *Benedictio Cerei*, et *Oratio* dicenda *ante Lectionem: Deus qui diuitias miſericordie tue* &c. deinceps *Lectiones* et *Orationes* cum *Murat.* congruunt. *Dom. Paſchatis* abeſt a Noſtro *Oratio ad Sanctum Andream.* Item *Fer.* II. *ad Fontes* et *ad S. Andream*, uti et *Fer.* V. VI. et *Sabb.* Plures etiam ex *Orationibus* poſt *Dom. in Albis* conglobatis Noſter ignorat, qui ſtatim deinde per *Dominicas* procedit, quas II. III. IV. V. et VI. *poſt Albas* inſcribit, quaeque habentur *Murat. col.* 162. prima demta, cujus Oratio: *Omnipotens ſempiterne deus dirige actus noſtros* &c. Hinc ad *Natale SS. Tyburtii et Val.* rurſum conveniunt. In *Letania majore* abeſt a Noſtro ſecunda *Oratio in Atrio*, a *Murat.* vero altera *Miſſa*, item *Inuentio Sanctę crucis* et a *Miſſa S. Pancratii* nomen *Nerei* et *Achillei. Feſtum S. Urbani* in Noſtro praecedit *Aſcenſionem*, cujus *Vigiliam* non celebrat *Murat.* et *Dominicam infra Octav.* trajicit ad *Dominicas poſt Pentec. col.* 164. Orationum in *Sabb. ante Pent.* numerus nobis contractior eſt. In Exemplo *Murat.* deſunt Miſſae *SS. Primi et Feliciani*, *Baſilidis*, *Cyrini Naboris et Nazarii*, *Quatuor Temporum*, *Gervaſii et Protaſii*, ſed in *Natali S. Johannis Bapt.* tribus Orationibus plures ibi numerantur, item in Die *Apoſtolor. Petri et Pauli* quatuor. Abeſt ibi Miſſa *Jacobi Apoſt.* Miſſa *SS. Felicis*, *Simplicii*, *Fauſtini et Beatricis* nobis duplices Orationes habet. *Natalis S. Bartholomaei Apoſt.* non eſt apud *Murat.* nec *Decollatio S. Joh. Bapt.* nec *Natalis S. Adriani Mart.* In Miſſa *S. Eufemiae* folium nobis excidit. Apud *Murat.* Miſſae *de Vigilia et Feſto S. Mathei Apoſt.* item *S. Mauritii et Socior.* deſunt. Item *Nat. Sancti Leudegarii*, *SS. Sergii et Bachi*, quem nobis excipit Miſſa *in Dedicatione Eccleſiae*, *SS. Dioniſii*, *Ruſtici et Eleuth. S. Lucae Evang.* et *Vigilia S. Symonis et Judae*, poſt quam Codex rurſus folii jacturam fecit. Miſſam *in Nat. SS. Omnium Muratorianus* non habet, nobis in eandem diem cum Miſſa *S. Caeſarii* ponitur. In Feſto *S. Andreae Apoſt.* duabus Orationibus minus habemus. Poſt *Natal. S. Thomae Apoſt.* ſequuntur Miſſae *in Vigilia et Natali unius Apoſtoli*, *plurimorum Apoſtolorum*, *unius* et *plurim. Confeſſorum*, *unius* et *plurim. Martyrum*, et *in Natali Virginum*, quae non prorſus cum *Muratorianis col.* 179. conſonant. Dein *Miſſa cottidiana omnium Sanctorum*, *Murat. col.* 182. et alia diverſa. Miſſae illae notae per Hebdomadam *de Sancta Trinitate*, *aeterna Sapientia*, *S. Spiritu* &c. quas non habuit Exemplar *Murat. Orationes pro peccatis* et *Veſper-*